



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

52. Pax multis ingrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

IX. Hostilitates posthac & depopulationes nulla utrimq;
exerceantur: graviter in eos, qui secus fecerint, animad-
vertatur: Miles undequaq; contineatur, abductisq;, ex
Hungaria Transylvaniæq; confiniis, Cohortibus nullus ul-
trà reditus pateat, afflicti ut populi quiete stabili ac pace
perfruantur.

X. Pro majori servanda pacis certitudine foedus hoc
annos omnino viginti complectetur, & quatuor spatium men-
sum per Legatos eximios, apertumq; diploma, ad commu-
ne omnium solatium confirmabitur. Romanorum vero Im-
peratoris Legatus amicitia gratiâ, liberum 200000. floreno-
rum donum afferat: è Portâ verò Ottomannicâ munus
condecens submitatur: deinde loco & modo prius usitato,
Oratorum transitus fiat; Ceterum, nisi à presentibus a-
pertè aliquid mutatum, aut sublatum fuerit, hoc Pacis in-
strumentum in vigore suo ac robore persistet: quod Lati-
nâ, Turcicâq; linguâ erectum, atq; à memoratis Plenipo-
tentiariis subscriptum, consignatumq;, factâ utrimq; solitâ
permutatione, Latinum Turcarum, Turcicum Romano-
rum Imperatori transmittatur. Actum in Castris Ot-
tomannicis, juxta pagum Vasnar X. Augusti. Anno
MDCLXIV.

Et quanquam pax ea neque Hungaris pla- 52.
cuit, neque Germanis, qui sine ulla cum Im- Pax
perio consultatione pactis contrariam, certè multis
immaturam eo tempore causabantur, quò ingrata.
plura spondebant bravìa Victores exercitus,
tot impendiis, molestiisque collecti. Suas Cur à
tamen Cesar rationes habuit compositionis Casare
accelerandæ: Timor, ne si Veneti præveni- accepta-
rent, tu.

1664. rent, tota belli moles uni sibi incumbere. *Ætas Philippi Hispaniarum Regis* quoties fatiscens. Interque eos armorum sumptus maligna annonæ ex *Hungariâ* suppeditatio & ingens subsidiorum ex Imperio difficultas.

Deserto igitur *Vagâ* militem variè displicunt. *Cæsareus* in *Insula Schutta*: *Circulares* & *Confœderatorum* ad *Muram* quadridiu substitere. Quo tandem domus & illo in limitaneas *Hungariæ* Urbes, terrasque hæreditarias dimisso, *Directores* *Vindobonam* revertuntur.

33. Controversia jampridem erat *Joanni Philippo*, *Moguntinæ* Sedis Pontifici, cum *Erphordiâ* Civitate. Isthic solitæ fuerant preces, pro istius Ecclesiæ Septemviro, antea motus bellicos, è suggestibus recitari, uti passim in *Germania* pro Principibus observant Ecclesiastes. Has dudum expunxerat *Civitas* obtendens pugnare cum conscientie & religionis libertate. Elector jam sub annum seculi quinquagesimum, quando pacem in *Germania* exequabantur *Commissarii*, à *Cæsare* obtinuerat decretum, mandatumque, ut igitur facerent eadem, quâ ante bellum, intentione & modo. Cumque formulam celebrare se negarent *Erphordiani*, geminata post decennium *Cæsaris* Commissione, nova cœditur, offerturque. Hanc ad *Senatum* referat